



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Opera Mystica V. Ac Mystici Doctoris F. Ioannis A Crvce
Primi Religiosi Discalceati Ordinis B. V. M. De Monte
Carmelo Et Seraphicæ Virginis Theresiæ fidelissimi
coadiutoris**

Juan <de la Cruz>

Coloniæ Agrippinæ, 1639

Approbatio Eximij Doctoris Ludouici Montefinos primæ Theologiæ
Cathedræ Professoris in celebri Vniuersitate Complutensi, & Facultatis
Decani.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37873

APPROBATIO

Eximij Doctoris Ludouici Montefinos primæ Theologiae Cathedra Professoris in celebri Vniuersitate Complutensi, & Facultatis Decani.

Singulari studio ac diligentia perlegi opera Venerab. Pat. ac Doctoris Mystici Fr. Ioannis à Cruce Carmelitarum Discalceatorum Antesignani, exigentibus, Reuerendis. Pat. Fr. Iosepho à Iesu Mag. Generali & vniuerso Ordine Carmelitarum Discalceatorum: in quibus prorsus nihil reperi nostræ sanctæ fidei Catholicæ, bonis moribus, SS. PP. Doctrinæ contrarium: quin potius vniuersa hisce libris contenta, valde conformis est Sanctis, qui de materia Spiritus tractarunt, & admodum utilis, hoc nostro sæculo his, qui ad perfectionem tendere concupiscunt. Docet enim Author in eis animam ambulare per intimam nuditatem, & paupertatem Spiritus, ad perfectam vnionem cum Deo, qualis in hac vita obrineri potest, per orationis exercitium: innitendo dumtaxat puræ, ac vniuersæ fidei: tradit insuper modum sapienter, prudenterque se gerendi circa visiones, ac Reuelationes, ne in eis quispiam decipiatur. Magistros vero spirituales edocet modum dirigendi animas, ne Dei operationem in eis impedianr, ac perturbent. & reuera satis aperte indicant singularem Spiritum & lumen, quo Ven. Pat. præditus erat; Quodque speciali Dei instinctu illa composuerit, tum vt materiam adeo delicatam elucidaret, tum etiam vt sacre Scripturæ testimonijs ad suum intentum, appositissime vteretur. Quare opus dignum videtur quod imprimatur; vt illo fruatur, & ex eo animæ orationi deditæ, earumque Magistri proficiant, saluo mæliori iudicio. Compluti 11. Nouembris 1618.

Doctor Ludonicus Montefinos.

†† 2

APPRO.

B.
Ioannis
à Cruce

Opera
mystica

NVI
124